



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

# AEQVITATIS

DISCUSSIONE SUPER CONSILIO

Delectorum Cardinalium &c. Ad tols

Iendam per Generale Concilium

inter Germanos in religi

one discors

diam.

LIPSIAE

Excudebat NICOLAVS Vuolrab,

M. D. XXXVIII



# IOANNI STVR

MIO IOANNES COCHLA  
us Bene agere.



1 D I T V A M , D O C T E A C  
facunde Sturmi, Epistolā, ad eos nuper  
editā Cardinales et Episcopos, sub quo-  
rū nomine euulgatū est quoddam Con-  
silium, ad summum Pontificem P A V-  
L U M I I I . super abolendis Ro. Curiae  
abusibus, Christi Ecclesiam dedecoran-  
tibus. In qua fane Epistola, et si multo es erga viros illos  
sequiore iudicio, quam est in Teuthonica sua interpretati-  
one Lutherus, optarem tamen, te uerborum ornatui plus  
ciuitatis adiunxisse. Vereor enim ne exteris Nationibus,  
presertim Italīs, quibus uita eruditioꝝ & pietas, atq; etiam  
dignitas istorum virorum, melius cognita est quam nobis  
Germanis, parum ciuite uideatur, te sic alloqui per totam  
Epistolam eos viros, ut nulla usquam honoris prefatione,  
nullo dignitatis titulo, quo ne Reges quidem ad eos uti  
dēdignantur, dignos eos duxeris. Et quanquam uideo te  
Rhetorices artificio egregie instructū, miroꝝ tamen te hoc  
modo Epistolam exordiri:

*Quae Pontificis iussu Contarene de religionis instauratione statuistis.*

Quaso te Sturmi, si unum alloqueris Cōtarenum, cur  
ais, statuistis? Si uero omnes, cur proprio potius unius q  
communi aliquo nomine eos appellas? Ego quidē Or-  
ator non sum, nec Oratoriaē arti operam dedi. Non memi-  
ni tamen, simili usquam usos exordio præclaros Oratores  
& historiographos antiquos suis in orationibus, quas  
me obiter legisse contigit. Vbicunque enim ad multos ha-

Exordiū Epi-  
stole Ioan.  
Sturmij.

A ij betur

AEQUITATIS DISCUSSIONE

habet oratio, ibi communis aliquod compellantur uocabulo, Qualia sunt, Viri Athenienses, Patres conscripti, Quirites, Comitones, Iudices &c. In sacris quoque literis video id ipsum obseruasse summos Christi Apostolos, Petrum & Paulum. Etenim in prima cōcione sua sic exorsus est Peter: Viri fratres oportet impleri scripturam. In secunda sic: Viri Iudei qui habitatis Hierusalem. In tercia sic: Viri Israelite, quid miramini in hoc? In quarta denique sic: Principes populi & seniores Israēl audite. Sic & Coapostolus eius Paulus, ad concionandum præcellens illud spiritus sancti organum & uas electum, similiter est orditus: Viri Israēlite (inquit) & qui timetis Deum, audite. Item ad gentes in Lystris: Viri quid hæc facitis? Item stans Athenis in medio Areopagi ait: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiones uos video. Rursum, stans in concilio aduersantium sibi Iudeorum dixit: Viri fratres, Ego Phariseus sum & filius Phariseorum. Et quamvis longe digniores fuerint Apostoli Iudeis ac gentibus, quos alloquebantur: nec tamen uerebantur eos honorifice compellare. Sic & Stephanus Protomartyr dicebat ad infestos sibi Iudeos, Acto. 7. Viri fratres & patres audite. Et Paulus ad Neronis procuratorem ait: Non insanio, optime Feste, sed ueritatis & sobrietatis uerba eloquor. Sic & tibi Sturmi, non fuisset indecorum aut mortale peccatum, si tantos viros, ad quos de cōcordia statuenda scribis, honesto aliquo, uel semel in tota Epistola, titulo compellasses, cum non ignores illud Apostoli: Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patre, iuuenes ut fratres.

Acto. 1.2. 3.  
et 4.

Acto. 13.14.  
et 17. et 23.

Acto. 26.

I.Timo.5.

Acquior et  
modestior  
Sturmius q  
Lutherus.

Attamen nihil dubito, Epistolam tuam longe aquiori animo a doctis & grauiibus uiris legi, quam Teuthonicam aduersus illos Lutheri interpretationem. Tu enim a conutis temperas: Lutherus autem non ueretur tantos viros (quorum eru-

tum eruditio nem uiræq; integritatem, quam & tu fateris,  
 nouitac laudat uniuersa Italia) dicere perditos ac deplora  
 los Nebulones. Tu latine scribis, ut illi queant intelligere;  
 quid approbes & quid reprehendas atq; quid amplius ab  
 eis desideres: Lutherus autem Teuthonice ad rudes Ger-  
 manas plebes illos nequiter traducit, sicut fecit eum adul-  
 sus Ezechiam Regem improbus Rapsaces. Tu eos in qui<sup>4. Reg. 18.</sup>  
 busdam laudas ac probas: Lutherus absq; discrimine cun-  
 sta refutat. Aut si tam manifeste bona sunt quæ illi dicunt,  
 ut à nemine nisi ab impijs & insanis sensuq; communi ca-  
 rentibus reprehendi queant, ipse per calumniam in contra-  
 rium retorquet sensum, tanquam siccæ ac dolose aut per  
 Ironiam mentisq; peruersitatem ab eis dicta sint. Tu horra-  
 sis illos ad coepia perficienda; Ille uero dira eis imprecatus  
 pro eiusmodi pacis & reformationis consilio. Tu Syno-  
 dum Generalem non omnino rejicis aut respuis: Ille com-  
 pluribus libellis varijsq; fragmentis & picturis atq; Teutho-  
 nicas Rythmis omnem Synodum Oecumenicæ calumnia-  
 tur ac recusat. Tu spem aliquam ad concordiam nobis re-  
 linquis: Ille iam pridem minatur nobis bellū perpetuum,  
 ut nec uiuus nec mortuus ullam nobis pacem aut quietem  
 sit permisurus. Tu Pontificem hunc Paulum III. laudas,  
 q; iureiurando fidem suorum sibi ad patefaciendam ueri-  
 tatem astrinxit; Ille uero tam uenerandum senem non era-  
 bescit, leuitate plusquam histrio nica & contumis proscina-  
 dere, & nefarijs picturis sub specie fractarum clavij  
 in crucem agere, & cum luda proditore suspendere, ac Ge-  
 hennæ adiudicare. Tu deniq; nobis nihil ad maximas com-  
 moditates defunctorum existimas, si hic Pontifex noster in  
 hac uoluntate sua permaneat: Lutherus uero iubet ora-  
 re, ut sanctificetur quidem nomen Dei, confundatur uero  
 & maledicatur nomen Papæ simul cum diabolo, quæ De-  
 A ij um eius

## DE QVI TATIBUS DISC VSSIO

qm eius uocat, addens, hos esse nouissimos in fine mundi  
Archinebulones, Papam Cardinales & Episcopos, qui  
ista sua reformatione dominum & deum nostrum turpis-  
sime acq; nequissime deriserint ac blasphemauerint.

Tractatus de  
concordia.

1. Cor. 13.  
Cypr. de sim-  
plicitate pre-  
latorum.  
Ioan. 17.  
Matth. 12.

Ridendū Con-  
ciliorū

Cum sis igitur illo longe tractabilior, Sturmī, libet mihi tecum ex æquo et bono agere, super tantorum uiros eum consilio, ut communibus uotis precibusque à dño rogemus ea quæ ad pacem sunt Hierusalem, hoc est Ecclesiæ. Extra cuius compaginem & unitatem constitutis, non licet ullam sperare salutem à domino, Quemadmodum sedulis ac uelementibus monitis nos docent Paulus Apostolus, Cyprianus Martyr, Augustinus Episcopus, alijq; sancti patres, Sed & ipsemet dominus pro suis patrem rogauit, ut omnes sint unum, sicut ipse cum patre unum est, & ait manifeste: Qui non est mecum, contra me est, Et qui non colligit mecum, dispergit. Fuimus sane nos Germani ante annos X X. in unitate fidei omnes in unum collecti, et eramus unum in Christo, non solum inter nos ipsos, uerum etiam cum omnibus alijs Christiani Orbis Nationibus. Hoc pacis & unitatis uinculum primus rupit Lutherus. Vnde factum est perniciosum inter nos Germanos schisma, Ad qd fœliciter tollendum, multis iam annis Generale desiderauimus Concilium, Quod iam tandem, deo miserante ac disponente, per hunc Pontificem Paulum III. legitime indi-  
ctum est, ut Vincentiæ celebretur.

Age igitur Sturmī, Acceptemus quod totannis desiderauimus, non negligamus à deo nobis iam oblatam occasiōnem resartiendæ unitatis & concordiæ, non diffidamus gratiae spiritus sancti, qui à domino est Ecclesiæ promissus, Quin potius ipsi domino credamus ueraciter promissenti, promisit enim et se in medio fore eorum qui in nomine eius congregantur, & daturum se nobis spiritum ue-  
ritatis

## SUPER CONSIL. CARDINAL.

titatis qui nos doceat omnem ueritatem. Hæc firmiter cre-<sup>Math. 18.</sup>  
damus, & non simus filij diffidentiaæ neq; contumaciaæ et <sup>Ioan. 14. 16.</sup>  
superbitæ. Horum enim Rex diabolus est, ut a scriptura, <sup>Job 41.</sup>  
qui mendax est & pater eius, atq; in ueritate nō stetit. Cum <sup>Ioan. 8.</sup>  
simus igitur ex utraq; parte benigne ad Concilium inuita-  
tiæ legitime uocati, æquū est, ut utriq; compareamus, non  
elati mente, sed humiles spiritu, ut non nostra uelimus inni-  
si prudentiaæ, & plus sapere quam oportet, sed nos utring;  
potius in spiritu humilitatis & māsiuetudinis submittere Ec-  
clesie Vniuersalis ( quam Generale Concilium represe-  
nat) iudicio, quodcunq; super contentionibus nostris per  
spiritum sanctum à Concilio prolatum fuerit.

<sup>Prou. 3.</sup>  
<sup>Roma. 12.</sup>

Spero equidem, hæc tibi satis æqua uisum iri. Quod  
enim petis in epistola tua Synodum liberam & in tuto lo-  
co, Nos quoq; idipsum petimus. Talem enim locum pro-  
mittunt nobis Illusterrimus Dux & Inclitus Senatus Ve-  
netorum, In quoru plena potestate constituta est Vincen-  
tia. Hæc una supereft nobis ad reparandam concordiam  
uia, atq; ad sopiēdum, quod inter nos excitauit inimicus ho-  
mo, dissidium. Sine ope enim & autoritate Concilij in-  
ter nos concordare nunquam poterimus, Quia uos repro-  
batis nostra, & nos uestra, In medio posita est sacra scriptu-  
ra, quam longo contentionis fune XX, iam annis, magno  
cum scandalio multorum populorum, non sine graui ani-  
marum innumerarū periculo, huc atq; illuc in diuersa tra-  
himus. Vos non creditis auditui nostro, neq; nos uestro.

Vna concor-  
dandi via per  
Conciliū.

Quid ergo? Utiq; oportet (ut inquit ad Paulum Iacobus) <sup>Affo. 21.</sup>  
conuenire multitudinem, ut fiat rursus, sicut fuit ab initio,  
multitudinis credentium cor unum & anima una. Huius  
rei preclarum habemus exemplum in Actibus Apostolo-  
rum, de dissidio, quod Antiochiae contra Paulum & Bar-  
nabam excitatum, Hierosolymis per Concilium Aposto-  
lorum

## AE Q V I T A T I S D I S C V S S I O

lorum & seniorum sedatum ac sublatum fuit, dum Concilij sententiam utraq pars uenerabiliter comprobaret.

Nos igitur antiquę fidēi Germani, & Ro. Ecclesie obedientes filii, probe sc̄ctes, quām periculorum si hoc inter uos & nos Germanos dissidiū, nihil sane, quod ad concordiam reparandam valere queat, recusamus, sed libere ac plene submittimus nos & causam nostrā Generali Concilio, imo Christo ipsi & spiritui sancto, quos in medio Concilio futuros esse non dubitamus. Vos ergo ut itidem faciatis, non solum ex aequitate petimus, uerum etiam ex charitate pacisq desiderio obnoxie rogamus. Quicquid à Concilio definitū fuerit, nos à spiritu sancto definitum esse pie firmiterq credemus, & obdienter atq cum gaudio amplexabimur, luxta exemplum Antiochenium, Qui audita concilij definitione, ubi patres dicebant, Vīsum est spiritui sancto & nobis &c. gauiſi sunt super consolatione. Vos itidem facere conuenit. Non em video causas, cur renuratis, quandoquidem non debetis esse iudices in propria causa.

Affo. 15.

Scriptura p  
ſeſe iudec in-  
ter discordes  
effe no potest

Quod si sacram scripturam seu uerbum dei cause noſtre Iudicem statutatis, nos quidem scripturam & uerbum dei nequaquam reiçimus aut refutamus, Sed quoniam de ipsa uobis contendimus, & in dubium vocatur, utram partium uerum scripturæ sensum teneat, necessarium est, ut spiritum sanctū in concilio pro Iudice legitimo agnoscamus, qui nobis uerum scripturæ sensum pronunciet atque determinet. Mortua enim litera scripturæ per ſeſe loqui aut pronunciare non potest. Ipsi igitur scriptura, cum non intelligat per ſeſe, sed ab hominibus intelligatur, non potest per ſeſe iudex effe, sed per eam homines, spiritū Dei habentes, recte pronunciant et iudicant. Id quod nusquam certius q̄ in Generali concilio fieri potest. Nulli em mortaliū ita promissus ac datus est spiritus sanctus, sicut Vniuersalē

Spiritus san-  
ctus in Eccl.

SUPER C O N S I L . C A R D I N A L .

uersali Ecclesiae, quam Generale Concilium (ut dixi) representat. Cui enim Apostolorum aut prophetarum nominatum dictum est, Dabo tibi spiritum veritatis, ut tecum maneat in eternum? Obstat enim illud Psalmista: Omnis psal.115. homo mendax. Soli igitur Ecclesiae, quae columna & basis est ueritatis, vere dictum est: Ego rogabo patrem, & alii 1.Timot.3. 10an.14. um paracletum dabit uobis, ut maneat uobis in eternum, spiritum ueritatis.

Est quidem scriptura per spiritum sanctum tradita, sed non in ipsa habitat spiritus sanctus, quoniam ipsa secundum se nec uiuit nec intelligit, non igitur in seipso habet spiritum uitae & intellectus, sed per eum facta est, & opus eius existit. Habitat autem uere ac realiter spiritus uitae & intellectus in cordibus hominum piorum, Quibus ait Apostolus 1.Cor.3. lus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos. Et 2.Cor.3. rursus: Epistola nostra uos estis scripta in cordib: nostris, quae scitur & legitur ab omnibus hominibus, manifestata, quoniā epistola estis Christi, ministrata à nobis & scripta, non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. A tali igitur epistola uiua, potius quam à mortua litera, requirenda est ueritas iudicij, Quemadmodum ante nos requisierūt in Concilijs omnes patres & antecessores nostri, incipientes primum Antiochiae, quando ab aduersariis seditio non modica facta fuit Paulo & Barnabae. Et ita etiam docuit Iudeos lex antiqua, Deut.17. quae iussit eos in difficultibus & ambiguis ascendere ad sacerdotes, & ab eis querere iudicij ueritatem.

Cum igitur de scripturæ sensu nobiscum contendatis, æquum est, ut reliquarum Nationum Christiani nominis iudicium super cōtentione nostra uos simul nobiscum audiatis atque obedienter acceptetis. Non enim uobis magis q[uod] nobis suspectæ esse debent reliquæ Nationes. Quandoqui

B dem

*Idoneus in  
dex Genera  
le Concilii.*

## AE Q V I T A T I S D I S C U S S I O

dem non magis nobis quām uobis sunt note, aut sanguine affinitateue coniunctæ. Vtricq; Germani sumus, natura & loco inuicem coniunctissimi, fide diuinxit nos Lutherus. Ut igitur in unam fidem reducamur, aliorum Christi fideliū ope consilio & intercessione fiat oportet. Scriptura em per se se nec nos audire nec iudicare potest aut componere. Ad uiua dei templa, ad uiuas Pauli Epistolas, ad uiua spiritus sancti organa nobis configiendum est, ut inde petamus & accipiamus iudicij ueritatem, & sciamus, utram partium rectius scripturas intelligat. Quod certissime sane sciemus, ubi decreto Concilij pronunciatum fuerit, Vix sum est spiritui sancto & nobis, sicut in primo Concilio pronunciatum fuisse legimus.

Si autem nolueritis reliquarum ab antiquo Christianorum Nationum iudicio super contentionibus nostris confidere aut acquiescere, sed malueritis proterue superbire uel in brachio carnis & potentium confœderatione, uel in viribus ingenij aut eloquentiae, per quas confuditis simplici populo persuadere, ut credat, uos scripturam & Euangelium rectius intelligere quam intellexerint hactenus omnes aliae Christianæ religionis Nationes per tot retro secula: Id profecto nec æquum nec tutum uideri poterit. Non æquum, inquam, quia superbiam præ se fert & prauam mentis elationem, quam & deus odit & scripture detestatur: Nec tutum, quia uosipso inter uosmetipso per omnia concordes non estis. Aut si quando estis ad tempus, metu partis aduersæ, non tamen diu permanetis. Non enim ignoras, Sturmi, quam multæ variæc& atroces fuerint inter uosipso iam XIII. annis & amplius contentiones, In quibus sane Lutherus mihi utsus est antiquo Ismaeli similius. De quo sic scriptum habetur: Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum, & e re-

Sectarum inter se discordia.

Genes. 16.

& è regione uniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Quamuis autem nunc, sublati è medio Zwinglio & Oecolampadio, inter cæteros nouarum sectarū duces præualeat, uelut princeps factionum : pauci tamen sunt, qui ei per omnia & in omnibus consentiunt. Nisi igitur Generalis Concilij autoritate nobiscum ad Ecclesiæ unitatem, omni sublato schismate, redieritis, futurū est proculdubio, ut post mortem Lutheri pars uestra in tot dissecent capi ta, quot non habuit in fabulis poëtarū Hydra illa Lerneja. Quam ergo spem salutis in tot sectis habere poteritis ? Si uel una secta ad æternam damnationem satis est, quid fieri 1. Pet. 3. ubi sectæ sunt multæ ? Sicut enim extra arcam Noë nemo ab aquis saluari potuit: ita et extra Ecclesiæ unitatem nemo à gehenna saluabitur.

Tutissimum igitur ac saluberrimū fuerit nobis utriscq; pacis & con ut unitatis reparandæ studio, pacisq; & concordiaæ desiderio, cunctas contentiones nostras, quas de fide & religione patimur, & contra nos inuicem agitamus, generali Concilio discutiendas ac salutari moderationis temperamento dissoluendas ac finiendas, fiducialiter commendemus, nihil diffidentes uel Christi promissis, uel spiritus sancti gratiaæ atq; instinctui. Nos certe, qui uehementer dolemus tot in schismate pericitari animas, ita concordiaæ unitatisq; reparandæ audi sumus, ut omnia facere ac pati uelimus, quæcunq; à cōcilio nobis iniuncta fuerint. Aequum est ergo, ut uos itidem faciatis, si cause uestræ confidiatis. Non enim qui bene, sed qui male operatur, odit ac fugit lucem. Quod si uos aliam scitis concordandi schismatisq; tollendi uiam commodiorem, eam precor nobis ostendite, ut eam uobiscum communibus uotis ad pacem ingrediamur. Quicquid enim citra animarum nostrarum periculum & salutis æternæ iacturam à nobis fieri poterit, pa- B ij cis amo-

## AE Q V I T A T I S : D I S C V S S I O

cis amore faciemus, ut restituatur inter nos antiqua charitas, sine qua ne martyrium quidem ad salutem ulli mortali-  
um prodesse potest.

I Cor. 13.

Abusus tol-  
ken si.

Philip. 2.

I Cor. 8.

Roma. 15.

Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, ut ait Apostolus. Propter eam igitur inter nos & uos refartiendam, nihil quod iudicium sententia nobis iniunctum fuerit, recusabimus. Abusus, qui apud nos uel ex auaritia Clericorum, uel ex desidia & negligentia Prælatorum irrepererunt, neque pertinaciter defendere, neque cognitos & à Concilio reprobatos retinere intendimus, sed ad iussum atque iudicium Concilij omnia, Deo auxiliante, reformabimus in melius, quæcunque reformari iusserit concilium, ut in omnibus iudicium decreto pareamus. Quod si uos itidem facere uolueritis, facile iungemus dextras, & Deo auspice in concordiam & in unum Ecclesie Christi corpus redintegrabimus, Quemadmodum à nobis petit Apostolus, dicens: Si qua consolatio in Christo, si quod solatum charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudiū meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, Vnanimes idipsum sentientes. Et in alia Epistola obtestatur & obsecrat nos per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata: Simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Atque unanimes uno ore honorificemus Deum.

Cum igitur in Epistola tua concordiam desiderare uidearis, & Papam hunc nostrum Paulum III. antecessoribus suis benigniore ac ueritatis studiosem existimes, & Cardinalibus atque Episcopis ihs, qui Consilij, de quo scribis, autores habentur, citra conuictiorum contumelias, ingenue indices, quid in eorum Consilio probes, quid reprobes, quid desideres, Ego nihil minus quam tu concordiae

SUPER C O N S I L . C A R D I N A L .

cordiæ audius (publicè tamen magis quam priuatæ com-  
moditatis gratia) super hisce rebus , amicè tecum discepta-  
bo , & uicissim quid in tua Epistola probem aut reprehen-  
dam ( tuum sequutus exemplū ) tibi paucis indicabo , ut eō  
facilius possimus utrinq; considerare , in quibusnam pars  
una alteri aliquid pacis gratia concedere possit ac debeat.

Q V A E P R O B A S .

**T**'V igitur candide (ut arbitror) probas Pontificis Con-  
siliū , quod fidem suorum iureiurando astringit ad patefaciendā  
ueritatem. Hoc certe nos q̄c uehemēter pbamus , quia non  
aliud petimus , nisi ut sup̄ omnia uincat ac prædicet ueritas . <sup>3. Esdræ 4.</sup>  
Quod aut̄ addis , hoc Papæ Cōsiliū esse nouū & inauditū . Id ego Se-  
di Aposto . ( quæ tot retro sæculis tā multos habuit Inno-  
centios , Leones , Gregorios , Clementes , Adrianos & id ge-  
nus alios sanctos ac ueritatis perquam studiosos Pontifi-  
ces ) arbitror esse iniuriosum . Non enim nouum & inaudi-  
tum est , iureiurando astringere homines ad patefaciēdam  
ueritatem , propter quam præcipue permitta aut iniuncta  
sunt Iuramenta . Nolim igitur Germanicis nostris populis  
tot Pōtifices Ro. per te suspectos , imo & damnatos reddi ,  
tanquam ui ueritatem oppresserint , aut eam nefario studio  
suppresserint . Estò sane , q̄ aliqui hoc fecerint ( nō enim o-  
mnes æqualiter boni aut sancti fuere ) Inde tamē uniuersali-  
ter concludere non debes , nouum & inauditum esse , Ro-  
mæ patefieri ueritatem . Probas deinde & ista : Non debere li-  
berum solutumq; legibus esse Pontificem , Neque licere ei quod libet ,  
sed quo d licet , ei libere debere , Eumq; leges easdem seruare , quibus  
uelit Ecclesiam obtemperare . Item sanctas debere leges esse atq; perpe-  
tuas , neq; posse ullius Pontificis aut privilegio aut calumnia aut indulgen-  
tia tolli . Hæc nos quoq; probamus , Sturmi , nisi quod Ro.  
Pontifici non adimere possumus aut uolumus dispensan-  
Dispensandā  
fac ultas .

B ij facul

AE Q V I T A T I S . D I S C V S S I O

di facultatem , quam ei omnia iura concedunt. In legibus enim humanis necessaria est in plerisq; casibus dispensatio; Quam tamen non temere sine iusta causa nec propter pecuniam fieri desideramus , Tunc enim non esset dispensatio sed dissipatio potius, si absq; honesta & rationabili causa fieret , Sicut monuit Eugeniu III. S. Bernardus. Iusta au-

S. Thomas in  
1.2.q.96.ar.  
6. Abbas c.  
innovuit. De elect.

I. Cor. 4.  
Dispensatori  
rcrum obedi-  
endum esse.  
Gen. 41.

tem dispensatio , qua lex in particulari casu ex iusta causa relaxatur , non tollit legem , sed legislatoris mentem potius declarat, uti docent S. Thomas & Abbas Panormitanus. Audis præterea libenter , Papam in Consilio dici non dominum, sed dispensatorem rerum Ecclesiasticarum , Quod & nos probamus, dicentes Christo : Tu solus dominus. Papæ autem & omnibus hominibus: Quid habes quod non accepisti ? At uos interim submonuerim fideliter, non soli domino, sed etiam dispensatori eius à fidelibus seruis præstandam esse obedientiam . Cuius rei figuram habemus in ueteri. Testament. quando Rex Pharao constituit Joseph Prepositum & dispensatorem regni sui, dicebat ei: Absq; tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Item, Tu eris super dominum meum , & ad tui oris Imperium cunctus populus obediet. Cum igitur concedes, Sturm, Papam esse rerum Ecclesiasticarum, non dominum, sed dispensatorem, Quomodo licuit queso uelut partis Magistratibus mundanis, res Ecclesiasticas tot iam annis usurpare sibi, donare aut uendere alios, atque in prophanos usus absq; omni necessitate conuertere : Cum neq; domini neq; dispensatores earum rerum ab ullo iure aut homine essent constituti ? An non esset pium, iustum, æquum & salutare, ut eas res domino deo, cui dedicatae sunt semel, restituerentur, iuxta diuinæ legis præcepta in Leuitico, et recognoscetur legitimus Ecclesiasticarum rerum dispensator : Si uerum est, quod ait: Non de opibus pugnamus, quae nungquam uobis inuidimus, Reddite ergo quæ sunt Dei

Leuit. 27.  
Restituere  
Ecclesijs &  
Monasterijs  
bona crepta.

SUPER C O N S I L . C A R D I N A L .

Dei Deo, & finite ea ab Ecclesiasticis potius quam à sacraribus Præpositis dispensari ac gubernari, sicut fecerunt pri maiores uestri. Sed nimis anxie uereor, ô Sturmi, hoc te tuis persuadere non posse, quantumvis persuadendi artem calleas. Sicut enim Hussitas iam centum annis & ultra, extra Ecclesiæ unitatem retinet hic uiscus, quod Ecclesiæ bona male occupata, bene reddere nolunt: Ita sane quam maxime timeo, ne & uos Lutheranos atque Zwingianos, hæc pīx, qua manus inquinasti uestras, uos perpetuo foris, uelut Mammonæ captiuos, retineat, ne in unū corpus Ecclesiæ nobiscum conueniatis, Quamvis per subdolam Rheticam alias interim causas discessioni & schismati uero protexatis. Si uis igitur Sturmi, ut credamus te ex animo & sincero pectore scripsisse, De opibus non pugnamus neque litigabimus, primum tuis persuade, ut non in anibus uerbis, sed re ipsa hoc comprobent, & iuxta Euangelium reddant ante omnia quæ Dei sunt Deo, Deinde ueniant ad Concilium, ut de impijs circa sacramenta & Ceremonias abusibus nobiscum disceptent. Nosti enim omni iure cautum esse, Non restitue  
re, q̄ dāmna  
bile sit. ut spoliati ante omnia restituantur. Si autem hoc facere non possit, scito eos Mammonæ magis seruire quam deo, atq; apud se statuere, quod propter opes Ecclesiasticas, quas rapiuerunt, eligant potius illas iniuste etinere, & in schismate perdurare, atq; in æternum perire, quam illas Ecclesijs aut Præpositis earum reddere, ac suam à male occupatis & iniuste possessis Ecclesiæ rebus exonerare conscientiam, Deoq; in Ecclesiæ unitate & vinculo pacis fœliciter seruire. Quod si hoc unum persuaseris apud tuos (quod certe omni iure, non solum secundum leges & Canones, sed etiam secundum utriusq; Testamenti omnem scripturam, ipsum & æquum esse negare non potes) ut opes Ecclesiæ rebus iniuste occupatas & ablatas, ante omnia reddant, ac deinde nobiscum de religionis & fidei negotijs apud Generale Con-

## AE Q V I T A T I S D I S C U S S I O

Vergili.  
Impedimentū  
concordie.

le Concilium disceptent, Maximus profecto mihi uideberis Orator, & eris mihi magnus (ut quidam ait) Apollo. Quod si hoc persuadere non poteris (ut uereor) id saltem persuade, ut eas res ad certos reponant sequestros, ea lege, ut si Concilium iudicauerit, reddendas esse, reddant: sin minus, sibi retineant. Quod si ne hoc quidem apud eos obtinere queas, persuade saltem, ut cum spoliatis uel nudis iure disceptent coram concilio, etiamsi maneāt interim contra omne ius rerum eruptarū possessores. Tu quidem hanc de opibus causam minimi facis momenti, Ego aut timeo, ne sit maximum concordiae impedimentum allatura, quis apud ueros Christianos minimum aut potius nullū impedimentum hoc esse deberet. Verus enim Christianus nequaquam sic adhæret Mammonæ iniuitatis, ut propter eam Deum relinquat, nec propter opes caducas æternum animæ suæ detrimentum subit aut suffert. Qui autem in schismate propter opes, ne eas reddere cogatur, permanet, nonne animæ suæ damnum æternum facit? Sed hæc obiter de opibus, licet prolixius quam int̄ēdebam, dicta sint. Probamus autem uobiscum illud quoque consiliij, Prohibendos Simoniacos, Constituendos Episcopos & curatos idoneos, qui adsint apud populum suum presentes, suoque fungantur officio. Si tamen hic rhetorica uafricie inferre uelis, Non admittendo esse in concilium Cardinales & Episcopos, quia Simoniacos eos esse affirmas, Hanc ego iniuriosam nimisque scandalosam illationem tuam, nequaquam probare aut admittere possem, Quia de Simonia nōdum conuicisti quempiam illorum. Quod si coram Deo & in occulto aliqui eorum sint Simoniaci, non debent tamen à concilio prohiberi, nisi manifeste conuicti fuerint. De occultis enim neque Ecclesia neque Praetor iudicat aut pronunciat.

Quæ

## SUPER CONSIL. CARDINAL.

## QVAB REPREHENDIS.

**B**Ona fide(ut arbitror) recitauit ea quæ in Cardinalium & aliorum electorum cōsilio probas. Nunc ad quædam, quæ reprehendis, breuius respondebo. Cum enim concordia negocium promouere potius quam impedire studeam, non expedit, prolixe hic tecum contendere. Primum igitur displicet tibi, Ro. Pontificem dici Vniuersalem. At me= mīneris eum ante Mille annos ita dictum fuisse autoritate publica in amplissimo Concilio Chalcedonensi à D.C. & XXX. Episcopis atq; à Martiano Imper. amplissimq; ei- us senatu, qui in eo fuere Concilio. At dicis, Gregorium I. lib.4.epi.32 & XX. ante eum Ro. Pontifices hoc recusasse uocabulū. Fateor quidem, sed in alio sensu, atq; ex certa causa, nempe ad retundendam Patriarchæ Constantinopolitani superbiā, qui hoc sibi uocabulum iniustissime usurpabat. Deinde ais, In Consilio nullam fieri mentionem de doctrina, Cuius oportebat primam rationem haberi, Cum nusquam recte doceatur populus. At præcipue propter doctrinam uolunt illi patres, ut Episcopi & Curati circa Ecclesiæ suas resideant. Et ipsi doctrinæ satis apertam faciunt mentionem, dum de publicis Gymnasijs & de concionandi modo tractant. Dicere aut, q; nusquam recte doceatur populus, est Euangeliū ab Ecclesia tollere & è mundo relegare. Saltem tuę partis loca excipere debueras, ubi tam clare ( si Luthero creditur ) docetur Euangeliū, ut ne Apostolorum quidem tempore clarius uspiam fuerit prædicatum. Credo equidem te in hoc non dissentire à Luthero, sed illo uerecundior es, & tam perficiēta frōte gloriari erubescis. At sic sentire ac gloriari, uetus est error Donatistarum, qui Ecclesiæ latitudinem in suæ seclæ angustias contrahere nitebantur, dicentes, nusquam recte doceri populum aut sacramenta rite ministrari, nisi apud Aphros in parte Donati. At non ignoras quam iuste

C acriterq;

# AE Q V I T A T I S D I S C V S S I O

acriterq; eos redarguerit quam plurimis libris & sermo-  
nibus S. Augustinus. Deinde ait: *Quid tam unum est, quam Erasmi colloquia tollere, et pro sacrificiis nugas doceri?* At non tolluntur Erasmi colloquia prorsus & omnino, sed prohibentur praelegi pueris: forsitan propterea, quod minus religiose alicubi ludunt et loquuntur de ueneratione sanctorum, de uotis Monasticis, & de externis Ceremonijs, quae hoc tem-  
pore plus satis irreligious contemnuntur & concilcantur a plerisque sectis. Et cur illos Erasmi amicos ita reprehendis, cum idipsum iam pridem censuerit Lutherus, quem probas? Ipse enim non solum colloquia, sed & alia Erasmi opuscula e scholis ejicienda esse fanciuit, uelut impia & irreligious. Quod autem addis, irrepsisse apud nos pro religione superstitutionem, pro Christo Socratem, pro sacrificiis doctoribus Aristotelem & Platonem, et pro diuina sapientia hominum Philosophiam, Hoc tibi non admitto. Nusquam enim publice in Ecclesijs nostris docetur pro religione superstitione, Socrates pro Christo, Plato aut Aristoteles pro Augustino, Hieronymo, Ambrosio aut Gregorio, quos praecipuos Quatuor Ecclesiæ Doctores recipimus ac ueneramus. Si in priuato aliquid tales reperitur, memento & apud uos in plerisque sectis multa priuatim fieri atque doceri, quae tu ipse minime probes. Ad dis praeterea, *Sacramentorum ac Ceremoniarum usum maxime conspurcatum esse.* At nos parati sumus, omnes abusus emendare, Venite modo ad concilium, & ostendite nobis, quenam sint apud nos sacrarum rerum conspurcationes. Quod autem ait, Peruersam esse Ceremoniarum rationem, quod ossa concinnauimus, sepulchra excauimus, ligna inuenimus, ante quæ animi colendo pollueruntur, Super his nos libenter audiemus concilij sententiam, utranam partium peruersius ac irreligiousius egerit, Vos ne, qui sanctorum ossa proiecitis, & argenteas tumbras & thecas, in quibus honorifice a maioribus uestris reseruabatur, con-

*Reliquie et  
imagines san-  
ctorum.*

S V P E R C O N S I L . C A R D I N A L .

Cū igitur nullo unq̄ tempore populus (maxime Iuuētus) fuerit minus religiosus in omnibus operibus & uījs suis, quām nunc est : facta ipsa, uerbis uestris contraria, attestatur, uos male iustificare religionē Christianam. Vos quidem istud negatis, sed nondum euicistis. Aequum est igitur, ut sub iudicibus super ista re nobiscum experiamini in Concilio, ne uestræ innixi prudētia barenoſum iecisse fundamentum deprehendamini.

C A L V M N I A E .

**R**espondi hactenus ad ea, quæ tu Sturmi in delectorum Consilio probas, quæ reprehendis & quæ desideras. Audi igitur uicissim, quidnam mihi in tua placeat displiceatue Epiftola, ut æquiores inde facilioresq; nobis concordandi conditiones des & accipias. Primum igitur displicent mihi calumnię nō paucę in epiftola una & haud ita prolixa. Sed paucas hic commemorabo. Aīs itaque : *Quis populus est, quæ Ciuitas, quæ uero coacta est aliqua multitudo per uestram ditionē, quæ recte informetur?* Quid ergo est Sturmii Vis Renouata ne, ut credamus, tot per Italiam, Galliamq; & Hispaniam Donatistarū (has enim Catholicorum amplissimas pariter & nobilissimā opinio mas prouincias nominatim de Euangelij ignoratione incusas) populos atq; Ciuitates, ante hos XX. annos sectæ Lutheranæ, nunquam recte fuisse de fide Christiana informatas? At hoc dicere aut credere nihil aliud est, quām Donatistarum stultam opinionē renouare, nō sine graui Christi & Ecclesiæ iniuria. Non enim de sola Germaniæ aut Aphricæ parte dictum est, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Addis tñ mox haud leuiorē contumeliam, dum aīs : viderunt nostra tempora Pontifices ignaros literarū sacrarū, & imperitos omnino religionis. *Quid obsecro grauius in ullū Turcā aut Paganū dicere queas?* Vide ergo, ne uobis corā dño aliquā impperet Ro.Pon-

psal. 2.

## AE Q V I T A T I S D I S C V S S I O

Ro. Pontifex illud Esaiae, Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Nemo enim sanæ mentis Christianus credere debet, eum, qui ex tot Cardinalibus uelut optimus, in Pontificem ab omnibus eligitur, sic ignorarum & religionis imperitum esse, sicut tu dicas. Hoc enim publica iniuria esset & graue dedecus totius Ecclesie, talem habere pastorem ouium Christi, qui imperitus sit omnino religiosis, cum Christus ipse pro eo rogauerit, nefides eius deficiat. Similis farinæ est quod ait: Non potest ignorari, nouit universus Orbis, sublatum esse ex Ecclesijs uestris Euangelium. Imo uero rectius nouit totus Orbis, non solum omni die dominica pro cione ad populum uenerabiliter pronunciari, sed etiam in omni missa quotidie legi publice Euangelium, per omnes Italij, Galliarumq; & Hispaniarum Ecclesias. Ait rursum: Quis non uidet, quam sint omnia ex ueris in falsa commutata? David autem ait: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, At sic omnia rejicare, neque ad pacem neque ad concordiam utile est.

Ait amplius: Nam, ut de Eucharistia loquamur, Nonne simul cum nomine usum peruerstis? solitarium enim priuatumq; inde opus effecisti.

Non est ita Sturmi. Nulla enim missa apud nos ita solitarium & priuatum opus est, ut soli celebranti prodesse creditur, sicut uos falso creditis, sed in omni missa fiunt obsecrations, orationes, postulationes & gratiarum actiones ( sicut Paulus iubet) pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Reuera autem uos maxime usum Eucharistie peruerstis, Cum enim

ex natura & institutione sua sit sacramentum communionis, pacisq; & concordiae, uos illud rapitis in occasionem schismatis contentionisq; & discordiae, & ex missa opus priuatum, imo Idolatriam & rem pessimam facitis. Ait ulterius: Et qui remedia contra hos morbos querunt, eos uos ex Ecclesia ejicendos putatis, & condemnatis hereseos. Neque hoc ita se habet,

Morbos

Psal. 121.

Nulla missa  
solitarium &  
priuatum o-  
pus est.

1. Timot. 2.

SUPER C O N S I L . C A R D I N A L . \*

Morbos enim abusus dicimus. Hos autem consilij autores curari, bonisq̄ remedij in pristinam sanitatem reduci petunt. Merito autem hærefoes condemnantur ij, qui non morbis remedia quærunt, sed substantiam rei propter abusum tollere conantur. Hoc uestri faciunt, ô Sturm! Qui de Sacramentis Ecclesiæ quinq̄ tollunt, & duo tantum relinquent. Quamuis & duobus illis perniciose abutantur in schismate, nouis baptizandi & missandi (ut loquimini) ritibus. Nouum est enim baptismo sacerdotali adimere Chrisma & sacrum oleum, nouum est in missâ sacram Canonem omittere, nouū est missæ sacrificium execrari. Hæc enim & id genus multa, quæ uestri perpetrant, non fecerūt sancti patres antiqui. Aīs iterum: *Cum due res sint, quo in omni negocio uim magnā habent, b&e contra nos amb&e in has disceptationē faciunt, Perspecta ueritas et laudata uita.* At uel tuo ipsius testimonio, hec due res pro eis amb&e faciunt. Tribuis enim Coñtareno singularem doctrinam, Sadoleum ingentes ex studijs suis laudes consecutum affiras, Salernitanum uero, quod amplissimam dignitatem recusauerit, maiori dignum censes, Et petis, ut eorum industria, fide, prudentia, uirtute, inclinata iam & prope collapsa religio rursus erigatur. Cæteros tu quidem nominatim non laudas, nihilominus tamē optima est eorum per omnē Italiam fama & existimatio, à doctrina, à uirtute, à uitæ ac pietatis meritis & clarissimis exemplis. Quid enim illustrius Integriusue Reginalde Polo Cardinale Anglico? Quid eruditius in trilingui eloqua Hieronymo Aleandro Cardinale Brundusino? Quid largius aut studiosius in præstandis Eleemosynis Ioanne Matthæo Episcopo Veronensi? Qua igitur fronte negas ijs uiris adesse perspectam ueritatem uitamq; laudatam? Cum fatearis ipse, multos iam habere spem aliquam in eorum doctrina iudicioq; repositam, Et quosdam inter eos

*Abusus sacra  
mentorum.*

*Laudes deles  
ctorum Care  
dinalem.*

D' esse

A E Q U I T A T I S D I S C U S S I O

esse tales, qui adulari non cōsueuerint, qui mētiū non pos-  
sint, & quos usus doctrināꝝ plurima docuerit. Miror ita-  
que, si tu ipse credas uera esse, quę postea in hos uiros dicis,  
ubi sic aīs: Eos qui recte docent, uos non comparatis, sed refugitis: non  
tuemini, sed vinculis coercetis: non in ciuitatibus retinetis, sed ejicitis: non  
à periculis eripitis, sed uita et hac luce spoliatis, sine causa, summa cum in-  
iustitia & crudelitate. Non tam immanes olim Græci fuerunt in mactandis  
ante sacraria deorū suorū uiuis hominibus, q[uod] uos uestris cruciamentis estis.  
Arbitror profecto Sturmi, hīc te omne studium ingenijꝝ  
neruos intendisse, non ut uerum scriberes, sed ut ornate lo-  
quereris, magisq[ue] ad Rhetorices artificium quomodo lo-  
cum à contrarijs locupletares, quam ad rei ueritatem atten-  
disse. Quid autem iudicabūt de te doctissimi quiq[ue] per Ita-  
liam Galliamq[ue] homines, quibus istorum uiorum probi-  
tas, eruditio, humanitas beneficentiaꝝ perspecta est? Quid  
enim habes, quod eis respondeas, si ex te interrogent: Vbi-  
nam uiri isti talia exercent cruciamenta? quos mactant?  
quos carceribus macerant? Quod si nihil eorum demon-  
strare queas, per teipsum facile intelliges, qualis ab eis ha-  
beri debeas.

I N I V R I A E.

**N**on es enim uiuis tantummodo iniquus & contu-  
meliosus, sed in mortuos quoque maledicentiaꝝ tuꝝ  
spicula figis, ut etiam cum larvis pugnare uidearis. Sic em-  
aīs: Decepsit ē uita homo uestri loci, sed auarus & crudelis & indoctus  
Leodiensis Episcopus. At longe plus gratiae laudisq[ue] apud ma-  
gnos & bonos uiros tua haberet Epistola, Sturmi, si hanc  
in recens mortuum omisisses criminationem, qua proscin-  
dis eum, qui te forsitan nunquam læsit, multis uero bene  
fecit. Addis amplius: Habetis talia monstra multa. Tu ne recte  
monstrum dixeris tantæ dignitatis & eminentiae uirum &

E R H A R

SUPER CONSIL. CARDINAL.

ERHARDVM à Marca, Episcopum Leodiensem; Archiepiscopum Valentinum, S. R. E. Cardinalem Presbyterum, Natalibus clarum ac generosum, Cæsaris nostri, Opt. ac Religiosissimi Principis Consiliariū, & multarum eius prouinciarum Gubernatorem. Cui parcas quæso, qui tantum virum, iam mortuum & dei iudicio relictum, ita criminaris absq; causa? An non perstringis hac iniuria ipsum quoq; Cæsarem? Quasi is tam imprudens aut erga suos adeo malignus sit, ut homini auaro, crudeli & inducto tot populos gentesq; & prouincias suas regendas commenderit, atq; etiam in Hispanijs ipsum ad Archiepiscopale sedem male promouerit. Ais amplius: Nolo nominare ceteros uestris Ordinis fœdos et imperitos homines. Ego uero nullum in terris Ordinem dignitatum esse arbitror, in quem facilius aut benignius admittantur & asciscantur homines à uirtute & eruditione, clari quam est clarissimus Ordo Cardinalium. Quia igitur uerecundia dicas eos fœdos & imperitos homines? Ais item: Per Germaniam in maximo numero Episcoporum, nullus est, qui, si Canonum autoritas restituta esset, locum suum tueri posset. At mihi sane multo grauior latiorisq; infamie uidetur hec turia in Episcopos nostros iniuria, q; ut ullis uerbis plene consequi aut eloqui possim. Lædis enim patriam nostram, lædis Ro. Imperii, cuius illi Princes uiri & honoratoria membra sunt, lædis Ecclesiæ & Ecclesiariū Capitula populosque, quibus illi præsunt, & à quibus eliguntur ac uelut idonei atq; legitimi comprobantur. Addis insuper & aliam ex comparatione iniuriā, dum ais: In Gallia quoq; pauci sunt, sed tamen illa felicior est quam Germania. Ego autem arbitror atq; etiam affirmo, nos multos habere in Germania Episcopos (quos & magna ex parte sic pios ac eruditos cognosco) qui absq; rubore ac formidine, cum Gallis Episcopis ex æquo conferri & committi queat, siue de generositate Na-

Card. Leodius  
ensis.

Iniuria in  
Germania  
Episcopos.

Dij talium,

## AEQUITATIS DISCUSSIONE.

taliū, siue de literarum scientia, siue de pietate aut uite integritye, certamen aut quæstio fiat. Id quod citra iniuriam & contemptum Gallis dictum esse uolo.

## DOG M A T A F A L S A.

**A**dmisses uero & falsa plerūq; dogmata, ē quibus paucula commemorabo, ut intelligas ea ad concordiam instaurandam non conducere. Quale nimirum est hoc: Perijt omnis Conciliorum autoritas, dum illa Pontificum libidine, non religionis studio sunt habita. Et nostri facile circumueniri possent, si eiusmodi Concilium, quale fuit Constantiense, conuocari poscit. Hoc autem dogma nunquam probabis hominibus doctis, qui probe sciunt, omnia ferè Concilia, religionis studio, aduersus hæreses & schismata celebrata fuisse. Præsertim uero Constantiense, quod tres, qui Rom. Pontificis nomen sibi per schisma usurpabant, depositit, ac legitimum ibi Pontificem Martinum V. constituit, Hæresimq; Hussitarum ac Taboritarum condemnauit. Non perijt igitur Concilioꝝ autoritas, nisi apud rebelles & deploratos atq; desperatos hæreticos, qui sibi male conscient, publicam lucem & Conciliij cognitionem defugiunt. Ais rursus: Cū ad erigendos in spem atq; fidem animos instituta sit corporis Christi Communio, & non nisi participantii prospic, uos inde solitarium priuatumq; opus effecisti. Nunc audi responsum. Sacra corporis Christi communio, digne non datur aut sumitur, nisi spem fidemq; & charitatē iam habentibus. Quisquis enim extra charitatem constitutus manducat (id quod omnes faciunt hæretici & schismatici) indigne manducat, & non salutem, sed iudicium sibi manducat. Ipsa quidem cōmunio participantium tantum prodest aut obest: Oblatio uero eiusdem corporis Christi, quæ sit in missa, prodest non solum participati, sed etiā circumstantibus, atque adeo omnibus pro quib; offertur, non uiuis modo

Sacra cōmu-  
nio.

S U P E R C O N S I L . C A R D I N A L .

modo, sed & defunctis, Quādmodum optime sciuit per Aug.lib.9.  
spiritum dei & fidem Ecclesiæ S. Monica, mater S. Augu- Confess.  
stini, quæ petiit, ut post obitum sui meminisse uelint ad al-  
tare domini. Tu uero contra Missam adhuc magis furens,  
audes eam dicere *Insanam actionem & conseleratum institutum.* Missa.

At insanis ipse potius ô Sturmi, qui Christi institutū ( ipse Matth.26.  
enim instituit, & dixit, hoc facite in meam commemora-  
tionem) dicis conseleratum, & actionem insanam. Pro insa-  
nia insuper habes, Auscultare missam, quod nihil omnino pro-  
desse putas, quia communio non profit, nisi participant.

At iam supra dixi, In missa esse non solummodo commu-  
nionem, sed etiam oblationem & mortis Christi comme-  
morationem, adiunctis etiam obsecrationibus alijsq; preci-  
bus et dei laudibus atq; gratiarum actionibus, quæ non pri-  
uatim pro uno dumtaxat, sed publice pro multis tum uiuis

tum defunctis ibi fiunt ac prosumunt, luxra illud Iacobi, Mul Jacob.5.  
tum ualeat deprecatione iusti assidua. Quòd si nihil profit (ut  
tu putas) missam audire, eiusq; sacro interesse aut adesse, ni  
si ei qui participat, quid ergo astant truncatis missis uestris

Laici uestri, quorum maior pars nō participat ore corpus  
domini, sed paucos ex ipsis accedere & participare aspici-  
unt: Cur non iubes exire & abscedere eos qui non partici-  
pant? Sicut in primitiva Ecclesia iubebantur exire post le-

ctum Euangelium dictumq; symbolū Catechumini, Ener-  
gumini, & pœnitentes, qui participatione nō habebantur  
digni. Cauiilaris autem amplius in missam & ais: Mors domi-  
ni nostri non denunciatur, pauorem tantū & confectionem animarum  
adserunt. Sed non est ita. Annunciatur enim ibi mors domi-

ni, non uerbis tantum, in utroq; Canone (uestri autem mis-  
fatores utrumq; omittunt & impie contemnūt) atq; etiam  
in quibusdam lectionibus orationibusq; et prefationibus,  
sed etiam in uestibus sacris, in signis crucis, & in sacerdotiū

De consecra-  
dist. I. c. Epis.  
deo. & c. On-  
mnes fideles,  
& dist. 2. c.  
Peracta.

D iij gestibus

AE Q V I T A T I S D I S C U S S I O

gestibus quibusdam. Quòd tu autem piam sacerdotis & circumstantis populi deuotionem, contemptum uocas pa- uorem & consternationem animarum, irreligiosus sane ca- uillus est, qui equius audiretur à Turca aut Pagano aliquo,

Sermo latinus  
in missa.

quàm ab eo qui Christi nomē in ore portat. Ais uero amplius: *Introductus nobis à dei hoste in Italorum, Gallorum, Germanorū, Hispanorū cætus, sermo latinus est*, qui se numero non intelligitur.

Sed audi breue respoñsum. Etiam si à circumstantibus ple- rumq; non intelligatur, intelligitur à deo, qui non sinit à sa- cerdote preces pro populo ad ipsum frustra fieri. Scriptū est enim: *Et rogāte pro eis sacerdote, propitius erit eis do- minus.* Non igitur à dei hoste. (ut tu dicis) sed à dei spiritu

*introductus est sermo latinus, q & in titulo crucis Christi honoratus legitur, simul cum Graeco & Hebraico, Vnde adhuc hodie in omni missa apud Catholicos, trium harum linguarum usus in uocibus quibusdam retinetur. Et tan- tum de missa dictum sit. Dein pauca de imaginib; ex E-*

Imagines.

*pistola tua commemorabo. Ais namq; ita etiam ceterarum Ce- remoniarum ratio est peruersa, ut imaginum, qua cum ad recordandum institute essent, nos in cultum commutauimus. Ut quas principio homines tantum intuebantur, nunc ante easdem in genua delabatur, orent, obtesten- tur. Nos, Sturmī, non ipsa ligna lapidesue aut picturas co- limus aut oramus, sed ea potius quę p imagines significan- tur. Cum autem tu ipse fatearis, Imagines ad recordandum institutas esse, hinc facile intelliges, quàm impie fecerint se- etarum uestrarum homines, qui tot per compita & vias pu- blicas, ad recordandum Christi passionem & mortem po- sitas Imagines Crucifixi abstulerunt, subruerunt, fregerūt, combusserunt, quinetiam ex templis & altaribus amoue- runt, perinde atq; hostes publici memoriae Christi & san-ctorum eius. Ais amplius: Non tam prope uani fuerant Aegypti*

*in sus*

## S V P E R C O N S I L . C A R D I N A L .

in sua religione quam nos, quibus certa ratio prescripta est. Quia cū tem-  
 poribus uoluntatem dei commutari opinamur. Putamus nos signa sculpta,  
 fusa, picta; posse erigere, & D. Christophorum sanctiorem, quam fuerit  
 Abraham aut Iosue, nobis ipsi finximus. Ego uero dico, si haec Cel-  
 sus aut Porphyrius aut Iulianus Apostata, aut alius quili-  
 bet publicus religionis Christianæ hostis scripsisset, satis  
 certe improba uideri possent & hostilia. At ea nunc in no-  
 uo Euangelio uestro magnopere placet, & cum plausu le-  
 guntur. Quid obsecro contumeliosius in religionē Chri-  
 stianam dici queat, quam nos uaniores Aegyptijs esse, qui-  
 bus uaniorem nulla unquam gens religionem habuit?  
 adeo ut non solum à Mose alijsque prophetis, sed etiam à  
 Græcorum & Romanorum gentilium Poëtis Histori-  
 cisque & Philosophis maxime ob eam derisi ac reprobati  
 fuerint. Non putamus, Sturmi, uoluntatem dei cum tem-  
 poribus commutari, ut tu falso nobis improperas. Sci-  
 mus enim illud Iacobi: Apud Deum non est transmuta-  
 tio, nec uicissitudinis obumbratio. Et illud Malachiæ:  
 Ego dominus, & non mutor. Quod & Balaam ariolus  
 non ignorauit, Dixit enim: Non est Deus quasi filius ho-  
 minis ut mutetur. Neque tñ hinc nos Iudaizare oportet, Precepta uet.  
 ut seruemus ueteris legis diuina præcepta de Circumcisi-  
 one alijsque obseruantij Iudaicis, et diuinæ prohibitiones  
 de esu porcinæ aut leporinæ carnis alijsque rebus, à qui-  
 bus abstinent ex lege Iudæi. At dixeris, illa fuisse ibi Dei  
 uoluntate præcepta aut prohibita. Fateor sane. Sed non fu-  
 it uoluntas Dei, ut ea perpetuo obseruari debeant, quia  
 per Mosen aliosque prophetas legē nouā promisit in aduen-  
 tum Messie. Ergo & de signis sculptis fusis & pictis fru-  
 stra nobis obiçis legem ueterem: tum quia lex uetus nos  
Aegyptiorū  
religio.  
Iacob. i.  
Malach. 3.  
Nume. 23.  
Præcepta uet.  
legis.  
in talibus

AE Q V I T A T I S D I S C U S S I O

A. Cor. 15.  
Galat. 5.

In talibus non ligat, quia Christus ab ea nos morte sua liberavit, uti Petrus & Paulus publice cōtestati sunt: tum quia in ea non Imagines Christi & sanctorum eius, sed sculp̄ilia falsorum deorum prohibita esse censentur. Quod autem de S. Christophoro dicas, ex odio dictum puto, haud enim ignoro, quam odiosus uobis sit sanctorum cultus. Nihilo secius Ecclesie instituto recte dicimus: S. Christophore ora pro nobis. Sanctos autem ueteris legis non imploramus. Quis uero sanctorum & domesticorū dei alter altero sanctior sit, Dei relinquimus iudicio. Et tantum de Imaginib⁹. Nunc de uotis Monasticis, quæ tu genitiliter deuotio-nes uocas, unicūm ex Epistola tua dogma prop̄am. Ait itaq: O crudelitatem deuotionū. In quibus cum se semel aut f. sa super-stitutione aut imprudentia homines deuinerunt, nulla deinceps spes est eua-dendi ex eo ergastulo. Sed non recte dicas crudelitatē et ergastu-lum, iugū domini suave, & onus eius leue. Charitas enim omnia suffert. An ignoras scriptum esse: Bonum est uiro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua? Quid est quæ-so in uotis Monasticis, quod in Euangeliō non docuerit Christus? Hinc sequi uides, te Christi Euangeliū impugnare, dum ea uota impugnas, quæ in Christi Euangeliō fundata sunt. Ait enim ipse dominus: Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes &c. Item, Sunt qui se castra-uerunt propter regnum coelorum. Item, Si quis uult ueni-re post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suam quo-tidie, & sequatur me. In hisce itaq: uerbis satis stabile ha-bent fundamentum uota Monastica, paupertatis, castitatis & obedientiæ, non super harenam (ut uos putatis) sed su-per petram firmiter ædificata.

G L O R I A T I O N E S V A N A E.

Premis-

## SUPER C O N S I L . C A R D I N A L .

PRæmisæ duriora, Sturmæ, quæ ad concordiam minus  
conducunt, deinceps mitiora referam, dummodo pri-  
us pauculas iactantiarum tuarum retuderim, ne nimis sapi-  
ens sis in oculis tuis & coram teipso prudens. Ais sane, Te  
in his locis uersari, ubi permulti sunt, qui de Consilijs horum virorum sumi-  
mus cum prudentia iudicant. Quale autem aliorum sit iudicium  
de hoc Cardinalium & Episcoporum consilio, ipsi uide-  
rint, Tuum certe in multis neq; summa neq; infima pru-  
dentia predictum uidetur. Ais amplius: Non de opibus pugna-  
mus, quas nunquàm uobis inuidimus. At nimis manifeste, non sine  
grauissimis Ecclesiarum ac Monasteriorum damnis, con-  
stat, ô Sturmæ, uos, qui de secta Lutheri aut Zwinglij estis,  
nō solum inuidisse, sed etiam eripuisse Ecclesiasticis quam-  
plurimis opes suas, quas nondum restituistis, nec restituere  
promittitis. Ais præterea: Falsò id cogitatis, tolli à nobis Ceremonia-  
as, sed cum uideremus plerasq; cum impietate sociatas esse, necessarias reti-  
nuimus, impias abrogauimus. Sed dic quæfo, Quid impietatis est  
in nostris processionibus per dies Dominicos, quibus glo-  
riosa Christi resurrectio triumphalisq; de morte uictoria  
representatur? Quid in supplicationibus publicis, quas pio  
Ecclesiæ instituto agimus in festo S. Marci, & in diebus  
Rogationum? Quid in Letanijs per Quadragesimam?  
Quid in horis Canonicas? In exequijs mortuorum, in de-  
dicationibus Ecclesiarum, & in alijs Ecclesiæ Ceremonijs  
innumeris, hactenus antiquissimo ritu obseruatis? At uos  
eas abrogastis, & Lutherus eas publicato scripto derisit.  
Ais rursus, Cauendum esse, ne illorum sententia ualeat, qui statuunt,  
Lutheranos propterea audiendos non esse, quod Decreta Conciliorum ui-  
olarint. Nemo enim adhuc illud potuerit publice probare. At nemo  
nostrum dicit, Lutheranos audiendos non esse. Quinimo  
petimus omnes instanter, ut in Generali concilio de fide

Esa. 5.

Ceremonie.

Luth. in lib.

ad Eccles.

anno 1530.

E & fa-

& factis suis rationem reddant. Quod autem aīs, nō minūtū hactenus probare potuisse, eos conciliorum decreta uiolasse, miror, qua id fronte dicas, cum non ignores, Lutherum Wittenbergæ ante annos xvij. librum Decretorum publice combussisse, & de hoc nō semel in scriptis suis gloriatum fuisse. Aīs deniq; : Testes sunt libri illorum, quos vocatis Lutheranos, nihil eos contra Christi gloriam ex Apostolorum instituta, & veterum Conciliorum rationē, que Canon posteris esse debebat, scripsisse. Testes utiq; sunt eorum libri, ô Sturmi, sed contrarij dictis tuis. Gloria enim Christi non consistit in schismate aut separatione, quam pepererant libri Lutheranorū. Scriptum est enim: In multitudine populi dignitas Regis, In paucitate plebis ignominia Principis. Et Apostoli nusquam reiecerunt septem Sacra menta, Nec dixerunt sacrum Chrisma esse rancidum ac foetidum oleum, sicut dicunt libri uestrorum. Sed & Concilium Nicenum (quod ex uetus tis praecepit) Lutherus eiusq; complices non raro reprehenderunt, maxime propter formulas agendaē poenitentiae, & propter Cælibatum Cleri.

## MEDIA CONCORDIAE.

**Q**uæ hactenus ex Epistola tua Sturmi relata sunt, si-  
cut ad concordiam minus utilia sunt, ita & lectori  
(quemadmodum & mihi ipsi) parum grata aut iucunda  
fore timeo. Quæ autem restant, et si uerbis multo sunt bre-  
uiora, uirtute tamē ad resartiendam concordiam longe ui-  
detur validiora. Vide modo, ut re ueraciter pretestes, quod  
uerbis alacriter promittis. Dicis ergo: Rara res est, ex præter  
omnium opinionem oblata occasio, Pontificem datum Orbi talem, qui in-  
reiurando fidem suorum sibi ad patefaciendam ueritatē astrinxerit. Hac  
precor occasione bona ô Lutherani & Zwingiani, bene  
utimini,

Laus huīus  
Pontifi. Pa-  
tri III.

## SUPER CONSIL. CARDINAL.

utimini, & uenite ad Conciliū, ut sub hoc Pontifice, quem dedit nobis dominus in salutem, ueritas patefacta, uenerabiliter & concorditer ab omnibus recipiatur & obserueretur. Recte igitur admonendo subiungis: Quam ob rem, dum eius, cuius summa potestas hoc tempore est, uoluntas sinit, dum idem uult, instantum uobis est atq; urgendum, ut uestra industria, fide, prudentia, uirute, inclinatio iam & prope collapsa religio rursus erigatur. Ne dubita Sturm, Optimi & Doctissimi uiri isti strenue fungentur officio suo, ut eorum consilio & admonitione tollantur abusus, quicunq; offendiculo sunt siue in Ceremonijs, siue in doctrina aut in Iurisdictione Ecclesiastica. Curate modo uos, ut recte monentibus non duriter obsecratis, et Concilij cognitioni non anteponatis sapientiam uestram: hoc enim esset sapere plus quam oportet. Et (quod ad salutem maxime necessariū est) nolite pertinaciter resistere summæ potestati. Scitis enim ex Apostolo, Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit, Qui autem resistit, ipsi sibi damnationem acquirunt. Redire igitur obsecro, quicunq; in schismate contra Papam hactenus stetistis, ad debitam obedientiam quantocvus, ne potestati summae resistentes, æternam uobis damnationem acquiratis. Rursus recte admones, Ut quamprimum licebit, optimorum uirorum arbitratu, de uniuersa Ecclesiaz curatione deliberetur. Hac autem admonitione neque Papa indiget, necq; Ordo Cardinalium, sed necq; pars nostra, qui iam pridem parati sumus, optimorum in concilio uirorum arbitratui totam dissensionū causam plenissimo cum consensu et ratihabitione commendare. Persuade modo tuis, ut itidem facere non morentur, nec iudices habere aut ferre recusent. Metuo enim anxie, te hoc tuis persuadere non posse, Scio enim quam cōtumaciter ac superbe recusauerit aliquoties in scriptis suis Lutherus, ullorum ho-

summa potes  
st.  
Roma. 13.

E ij minum

# AEQUITATIS DISCUSSION

**I. Cor. I.**  
**Roma. 15.**

minum super doctrina sua iudicium pati aut amplecti. Gra-  
ta uero & ista est petitio tua, dum ait: Obsecro uos, respicite eas  
calamitates omnes, quibus afflita est Christi Respub. Et ad hanc rem equi-  
tatem, qua in rebus exacerbatis necessaria est, abhibete. Nulla uero est,  
ô Sturmi, maior calamitas & afflictio in Respub. Christi, q  
sectorum introductio haeresumq; importunitas. Date igit  
tur operam nobiscum, ut Cōcilij autoritate reparetur con-  
cordia, & nō sint amplius inter nos schismata, sed id ipsum  
dicamus & sentiamus omnes, ut unanimes uno ore hono-  
rificemus Deum & patrem domini nostri Iesu Christi. De  
iudicium & quietate nolite dubitare, quia rigor legum in tan-  
ta rerum temporumq; calamitate locum habere non po-  
test. Placita insuper & amabilis est & ista tua petitio, ubi  
aīs: Hec quatuor sunt, qua in uobis requiri mus, Si Ceremoniarum usum  
talem, qui Christi institutis non sit contrarius, restituieris, Si cognitionem  
Euangelij liberam permittetis, Si legitimos conuentus concedetis, Si aptos  
Curatores dabitis: Coniungemus Ecclesias nostras, deponemus offensio-  
nes, & obliuiscemur querelarum. Ego Sturmi prorsus non dubi-  
to, autores consilij in his quatuortibi morem gesturos esse,  
modo non aliud sentias quam uerba sonant. Sed & istam,  
quam subiungis, petitionem facile admittent, ubi aīs: Hic  
ego rursus oro atq; obtestor, ut per uos instauretur ueteris disciplinae fun-  
damenta, ut restituatur doctrina, ut uetusq; Canones ualeant, ut consuetu-  
do depravata & peruersa Ceremoniarum emendetur. Ad haec uero  
præstanta satis ualidum iecisse fundamentum uidentur  
Clarissimi uiri isti in Consilio suo. Multa enim aperte in  
eo dicunt huic Pontifici, quae priores Pōtifices multi haud  
& quo tulissent animo, Quamuis non omnes defectus &  
abusus, qui corrigendi sint, in eo libello speciatim expresse  
rint. Vi enim optimi ac modestissimi sunt uiri, ita & candi-  
de atq; ingenue protestati sunt non semel, de ingenij sui (li-  
ctorum. et Dei

S V P E R C O N S I L . C A R D I N A L .

cet Dei benignitate summo & excellentissimo prædictis sint  
omnes ingenio ) tenuitate , nemini prohibentes indicare  
plura , quæ corrigi possint ac debeant . Nihil aliud igitur  
pro instauranda inter nos concordia restat , ô Stur-

mi , nisi ut tuis efficaciter persuadeas , quo re

ipsa prestant , quod tu uerbis in Epistola tua polliceris . Bene ua-

le . Misne XII . Ka-

lendas Iu-  
nias .

A N N O M. D. X X X V I I I .









